

R  
43

DISSERTATIO ACADEMICA,  
TRACTATUM PACIS CARDISENSIS, SECUNDUM  
EXEMPLUM MANU SCRIPTUM RUSSICUM IN  
BIBLIOTHECA AURAICA SERVATUM, CUM  
VERSIONE LATINA ET ANIMADVER-  
SIONIBUS EXHIBENS.

---

CUIUS PARTEM PRIMAM,  
VENIA AMPLISS. FACULT. PHILOS.  
PUBLICO EXAMINE MODESTE SUBJICIUNT  
**ERICUS GUSTAVUS EHRSTRÖM,**  
Phil. Mag., Linguæ Russ. Translator,

ET  
**GABRIEL WALLENIUS,**  
Stipendiarius Publicus,  
Ostrobothnienses.

In Auditorio Theolog. die XIX Junii MDCCCXVI.

h. a. m. s.

---

ABOÆ, TYPIS FRENCKELLIORUM.

KAMPSALLIS-  
KIRJASTO



## Proœmium.

**Q**ui Historiæ, temporum hominumque testi,  
vetustatis nuntiæ, operam & studium felici  
cum successu navabit, illi necesse est non tantum  
in novis, sed magis etiam in veteribus scriptis as-  
sidue versari, monumentaque rerum gestarum dili-  
genter evolvere. Verum enim vero non unius est  
hominis omnia, quæ in antiquitate temporum ab-  
scondita esse possint detegere, nec quæ detexerit  
comprobare, sed opera multorum & comparatione  
annalium monumentorumque plurium veritas &  
indagatur & confirmatur. Primum igitur in collec-  
tionibus ad Historiam spectantibus locum monu-  
menta antiquitatis tenent. Quæ inter fere eminent  
scripta veterum manu exarata, cum non solum  
rerum gestarum expositionem contineant, verum  
etiam forma idiomatis quo sunt concinnata, ipsaque  
scribendi ratione materiam suppedimenta uberrimam  
historiæ ævi sui tam litterariæ quam moralis  
condendæ.

A

Bi-

Bibliotheca Academiae Aboënsis, quamvis tot, tantique pretii rerum veterum collectionibus gloriari non possit, quot quibusque aliae plures, quæ vel annis vel opibus multo magis valent, nonnulla tamen possidet antiquitatis monumenta, ad historiam præteriorum temporum illustrandam non parum utilia; inter quæ Codices manu scripti locum tenent haud insimum a).

Historia patriæ, cum præ aliarum gentium historia excoli debeat, maxime habenda, maximaque cura perscrutanda sunt ea antiquitatis monumenta, quæ ad illam illustrandam valent. Nec nostrates ulla, quæ ad expositionem fatorum patriæ servire possent, non explorarunt, nec quæ in monumentis digna visa essent memoriae litteris non consignarunt, sed multi, iisque eruditione præclarí viri omni nisu in id incubuerunt, ut historiographis patriæ futuris materiam præberent. Ad unum tamen historiæ fontem via huc usque fuit inaccessa, & ob nostratum in lingua Slavonica Russicaque ignorantiam; & ob minorem cum Russia Finlandiæ familiaritatem, quamdiu uni eidemque Principi incolæ harum subjecti non fuerunt ter-

---

a) Descriptio monumentorum, quæ Bibliothecæ Aboënsii servanda donata sunt, in *Historia Bibliothecæ R. Academiae Aboënsis*, Auctore H. G. PORTHAN legi potest.

terrarum. Dubitare quidem non possumus, quin annales Russicæ multum quoque de Finlandia nostra contineant; sœpissime enim ob vicinitatem res majo ibus nostris cum Russis erant. Nunc vero, patente nobis jam & ad linguam & ad scripta Russicæ aditu, spe latamur, fore, ut in historia gentium septentrionalium, præsertim patriæ nostræ, multa olim detegantur, quæ in tenebris  
huc usque latuerunt b).

Servantur vero in Bibliotheca, quam possidet Athenæum Aboense, documenta historica nonnulla manu scripta, idiomate partim Slavonico, partim Russico concinnata c), quorum plurima de re-

A 2 bus

---

b) Promisit benignissime Imperii Russici Cancellarius &c. &c., Illustrissimus Comes NICOLAUS RUMÄNTZOF, scientiarum Fauor & Amicus liberalis, se monumentorum omnium collectione historicorum, quæ litteris impressa sunt, Bibliothecam Aboensem ornaturum; quæ collectio, ubi advenerit, opes pœbabit uberrimas antiquitatum septentrionalium scrutatoribus.

c) Catalogus horum manuscriptorum, quæ Consiliarius quondam Dicasterii Aboensis S.M. LINDHEIM secum e Russia, ubi captivitate detentus fuerat, attulit, in Libro supra laudato Cel. PORTHAN, pag. 194 — 199 legi potest. Continentur manuscripta hæc omnia codicibus tribus, quorum duo in folio, unum in quarto.

bus gestis Russicis agunt, de Finlandia autem non memorant, nisi unum, Tractatum pacis Cardisensis inter **Russiam & Sveciam** die 21 Junii 1661 constitutae, continens. d).

Spe-

- a) Non est ut manuscripta hæc omnia enumerem & describam; legatur descriptio Cel. PORTHAN, loc. cit. quæ, quamvis ad partem manca & imperfecta ob ignorantiam Slavonicæ & Russicæ linguae, notionem tamen quandam eorum suppeditare valet. — Errorem tamen aliquem graviorem si lenio preterire non decet. Credidisse nimur videtur ipse LINDHEIM inter manuscripta, a se collecta, duo fragmenta ad illud genus Documentorum historicorum pertinere, quod appellatur Степенная книга (*Stepennaja kniga* i. e. *Liber gradualis*, que denominatio originem dicit a nomine Степень, *gradus*, a CYPRIANO & MARCIO Metropolitis Auctoribus operis de sectionibus seu partibus voluminum usurpato). Hoc etiam in Dissertatione Joh. HELSINGII de Originibus priscae gentis Varægorum Aboæ 1734, Præside Cel. ALG. SCARIN edita, testatum legitur, quoscum consentiunt Cel. PORTHAN Lib. cit. pag. 155 & 196 atque Cel. A. L. SCHLÖZER (Несторъ. Рускія лѣтописи переведенныя и объясненныя А. Л. Шлецеромъ, ЧI, съ Нѣм. перев. Д. Языковъ, pag. рѣз). Quam rem cum cognovisset supra laudatus Illustrissimus Comes RUMÄNTZOF, rerum veterum peritissimus, Libri Степенная книга exemplum typis impressum hoc misit, eo consilio, ut ejusdem cum manuscrip. o in Bibliotheca nostra servato instituere comparatio, omnesque lectiones variantes accurate notarentur. Hujus collationis provincia Consiliario Col-

Specimen pro venia Historiam Litteraturam-  
que Russicam docendi, cum jam simus edituri,

a-

legii C. MERLIN & mihi demandata fuit, quam primum autem Librum Степенная книга manuscripto conferrem, aliud omnino esse opus inveni, earundem quamvis rerum expositionem, tamen alio modo confectam, & interdum chronologia etiam differentem, continens. Descriptiunculam igitur qualemque manuscriptorum horum omnium, praesertim autem illius, de quo erat questio, concinnavi, Senatusque Academico tradidi, qui eam Comiti RUMÄNTZOF misit. Hic autem, ut rem cognoverat, manuscriptum ipsum sibi mittendum curavit, neque cuius idem invenerit pretii mihi met adhuc innotuit. — Videlur Nob. LINDHEIM ipse aut non cognosse, aut memorie non prodidisse, manuscriptum, quod a Cel. PORTHAN Lib. cit. pag. 135 *Letopisec*, pag. 196 *Kniga --- Letopisets* (i. e. annales, s. annalium Liber) & in Diss. cit. J. HELSINGII *Povest Vremianich* (*Povest Vremannich* sc. *Let*, i. e. *Chronicon*) vocatur, exemplum revera esse Chronicorum Nestorianorum. Cel:mus igitur SCHLÖZER Celnum SCARIN & præcipue Nob:num VON DALIN hujus rei ignorantiae vel potius malevolentiae accusat, eosque nomen *Auctoris annalium* (Nestoris) ridiculose abripuisse & oppressisse, annalesque ipsas *Povest Vremannich* tantum maligne nominasse, dicit (v. Несторъ --- IIIлецеромъ pag. рли); quod tamen non malevolentia Cel:mi SCARIN & Nob:mi DALIN sed ignorantia litterarum Slavonicarum factum quisque videt. — Dolemus de cetero & nos cum Cel. PORTHAN scripta a Nob. LINDHEIM collecta, antequam Bibliothecæ servanda concedentur, tam negligenter habita, maleque multata fuisse,

aptissimum nobis visum fuit, quæ in annalibus veteribus Russicis memorabilia & nostra ex opinione adhuc non satis explicata occurserunt afferre, simulque quæ ad ea animadvertenda duximus lectoris recensenda modeste proponere. Hoc tamen ex optato exsequi impossibile nobis fuit, ob inopiam scriptorum Russicorum, quæ consulere fuisse necesse arium. Speramus autem, quando Bibliotheca Universitatis nostræ collectionem scriptorum Russicorum argumenti historici, quam benignissime promisit litterarum Fautor, Illusterrimus Comes NICOLAUS RUMANTZOF, acceperit, nec nobis defore occasionem studia in historiam patriæ pro viribus conferendi. Interea vero, & donec ex optato operam collocare, licuerit, non alienum credidimus monumenta Russica manu scripta in Bibliotheca Åboënsi servata, præsertimque ea, quæ ante non fuere impressa, vel quæ testimonia rerum majoris momenti perhibent, ut poterimus recensere. Primum inter haec nobis sese offert Instrumentum, de quo jam memoravimus, pacis Cardisensis, quod quamvis antiquitatum studiosis band copiosam præbeat materiem, dignum tamen videtur, quod in publicam edatur. Nam ante

PE-

---

ut pars penitus perierit, pars lacerata discriptaque fuerit,  
quam ob rem sepe difficile, sepe impossibile est dictu,  
ad quodnam opus pertineat manuscriptorum quodvis.

**PETRUM I** apud Russos non fuit in usu acta & documenta publica typis evulgare,<sup>1</sup> quam ob rem Documentum, quo pax hæcce signata fuerit, nec antea Russice impressum novimus.

Mihi necessarium videtur de ipso bello, inter **ALEXIUM MICHAELIDEM** Tzarum sive Regem **Russiae & CAROLUM GUSTAVUM** Sveciaæ Regem gesto, multis loqui. Legatur contentionum earum expositio apud ævi illius Scriptores e). Sufficiat commemorasse bellum initium factum esse mense Junio anni 1656, postque varia fata & ab utraque parte vexationes inducias initas fuisse, primo ad

---

e) Vid. PUFFENDORF *de Rebus a Carolo Gustavo Sveciaæ Rege gestis*, Comment. Lib. II. 41, 75 — 79; Lib. III. 43 — 56; Lib. IV. 37, 50 — 54; Lib. V. 16, 90 — 94, 122. Lib. VI. 79; Lib. VII. 30.; LAGERBRING *Sammindrag af Svea Rikes Historia*, Fjerde Dels. Förta Afd. pag. 6 — 9. Andra Afd. pag. 4 — 7.; LOENBOM *Historiska märkvärdigheter* Del. III. pag. 132 sqq. Conferantur etiam Scriptores Russici, quorum autem opera nobis non adsunt; nominare tamen liceat, quos de bello ante pacem Cardensem gesto, ipsi antea legimus: СИЛКОФ Ядро Российской Истории, versionemque Germanicam a MÜLLER confectam: *Kern der Russischen Geschichte*; LOMONOSOF (ni fallit memoria) Российской лѣтопи- сець & opus Новое Ядро Российской Истории; Cir. quoque si placer: LEVESQUE *Histoire de Russie* & LE CLERC *Histoire de la Russie Ancienne*.

ad flumen Plusam mense Aprilis a. 1658, deinde in loco Walliesar inter Narvam & Wask-Narvam die 20 Novembris (1 Decembris) ejusdem anni, easque in tres annos a die 20 Decembris a. 1658 ad eundem diem a. 1661 pactas, & a Legatis utrinque jurejuraudo firmatas, his conditionibus, ut Russi omnia, quæ occupaverant loca per induciarum tempus tenerent. Rege denique Svecorum CAROLO GUSTAVO jam mortuo, locus Cardis in finibus Districtus Esthoniae & Dorpatensis, ubi de pace ageretur, aptus visus est, conveneruntque ibi Legati Russorum & Svecorum die 23 Martii 1661, pacemque die 21 Junii ejusdem anni reconciliarunt f).

Agraphum Tractatus hujusce pacis, quod in Bibliotheca Auraica manu scriptum servatur, quomodo in manus Nob. LINDHEIM pervenerit nescimus, verisimile autem nobis videri negare nequimus, illud forsitan inter schedas fuisse personæ cuius-

---

f) Cfr. PUFFENDORF Lib. VII: 30. LOENBOM *Historiska märkvärdigheter* loc. cit. LAGERBRING Lib. cit. Fjerde Del. Andra Afd. pag. 4. nec non *Ewig-Fredsfördraget emellan Sverige och Ryssland, oprättad up på Trädstzorten Kardis den 21 Dagh uthi Junii månadt ahr 1661. Tryckt i Stockholm hos Henrich Keyser, Kongl. Booktryckare ahr 1662.*

jusdam vel Legati vel Secretarii munere vel alio quodam officio publico in ipsa pacis compositione fungentis. Litterarum in ipso contextu figuræ manu Russica, vel si peregrina, litteris tamen Russicis formandis consueta, pictæ, tales minime produnt hominem, cujus fuisset litterarum tantum formas effingere, sunt enim licentia tanta formatæ, ut stilo hominis scriptæ videantur, qui, nisi primas lineas pacis dialecto Russico duxerit, vel eas forsan in Germanicam linguam verterit, graviore tamen quodam quam litterarum pingendarum munere functus fuerit; unde etiam factum est ut lectu sint perdifficiles. Notandum quoque est titulos omnes, tam Tzari Russici, quam Regis Sveciae esse vel omissos, vel per notas & compendia scriptos, nec non in contextu scripturæ compendia more Slavonorum ubique occurrere. Articulis V primis & XVI:to interposita Germanica e regione adjecta conspicitur; reliquis pariter vertendis spatium relictum est g). — Occurrit in eodem co-

B dice

---

g) Premium monumenti nostri vel exinde cernere liceat, quod Dux Generalis, Operum Architecturæ Militaris Praefectus supremus, ad Aulam Sveciæ h. t. Legatus &c., Perillustris Liber Baro J. P. VAN SUCHTELEN, vir rerum veterum peritissimus, exemplar hujus documenti Bibliothecæ sue scribendum, cum Aboe esset, curavit.

dice, quo instrumentum nostrum continetur, apographum Tractatus Plusensis, pro confirmanda & explicanda pace Cardisensi a. 1662 die 12 Octobris inter utrumque regnum initi, eodem modo ac quod loquimur documentum, similius si non eadem manu scriptum.

Expositis jam his, quæ procœmio dicenda nobis videbantur, ad ipsum Exemplum Tractatus exhibendum aggredimur. Cuī quidem versionem latīnam adjicere, animadversionesque, ubi necessariæ videantur, qualescumque pro viribus nostris juvenilibus afferre instituimus. Qua in re conanda non eruditione vel facultate nostra, sed benevolentia eorum confidimus, qui scientiarum Alumnos ad vires etiam tenuiores periclitandas exhortantur.

---

In-

Instrumentum Pacis Cardisensis, manu  
scriptum in Bibliotheca Universitatis  
Auracæ servatum.

I.

A h). Первое i) всемъ l) I. k) Primum sit ab  
B 2 съ

- 
- i) Tam litterarum figuræ, quam numerorum notæ, hoc in instrumento occurrentes, ad Alphabetum Cyrillicum Slavonicum pertinent. Litterarum enim & numerorum figuræ, quæ hodie in usu sunt in Russia, regnante PETRO I adhiberi coepitæ sunt. Notandum quoque est non litteras mere Slavonicas a Cyrillo inventas, sed antiquas Græcas ad numeros notandos receptas fuisse, excepto tantummodo ȝ, numeru 900 significante. Conferantur, si placet, *Rysk Språkhäfte för Begynnare* nobis & C. G. OTTELIN Auctoriibus, pag. 6 & 94, nec non Diss. *Öfversigt af Ryska Språkets Bildning*, Præs. Cel. J. H. AVELLAN a nobis edita, pag. 32.
- i) Pro первое. Orthographia antiqua Slavonica litteris nonnullis ab hodierna illa differt; Orthographia autem nec non ipsa dialectus hoc in apographo occurrens, medium tenet inter Slavonicam & Russicam. Mirandum de cetero non est Scriptores hujus instrumenti in Orthographiæ quin immo Etymologiac regulas interdum peccasse, nam Acta publica tunc temporis rarius mandata fuere litteris, hominesque laici iis signandis non semper con-

sueti. Observandum tamen est temporibus Tzari ALEXII MICHAELIDES Уложение sive Codicem Legum editum & Grammaticam Slavonicæ lingue emendatam fuisse, multosque peregrinos homines in Russiam pervenisse, per quos multi deinde libri argumenti variii in linguam Russicam vertebantur. Neque a re alienum videtur nomina hic afferre eorum, qui jussu Tzari in Codicem Legum conscribendum operam collocarunt: Bojares (Nobiles summates, vil. ZABLOFSKI Статистическое описание Российской Империи ч. III. pag. 15.) Nikita Ivanovitsch ODOJEFSKI, Dux Semen Vasilivitsch PROSOROFSKI, Dux Okolnitschi (cum Patre Patrato Romanorum haud incommode convergandus) Feodor Feodorovitsch VOLKONSKI, nec non Diaki (Secretarii) Gavrila LEОНТИЕФ & Feodor GRITOJEDOF. Codex vero nominatus a. 1649 in folio typis evulgabatur ita inscriptus: Уложение, по которому судъ и права во всякихъ дѣлахъ въ Российской Государствѣ производятся. Vid. SOPKOV Опытъ Российской Библиографіи ч. I. pag. 72, 254; В к Краткое Руководство къ Российской Словесности р. 142, 143. Le CL. c Histoire de la Russie ancienne Tom. III. pag. 85 sqq. — Præterea ad instrumenti nostri Orthographiam quod attinet, monitum adhuc volumus pro certo dici non posse utrum Russica an peregrina manu litteris mandatum fuerit. Cfr. not. y).

- 2) Nec Tituli Monarchæ cuiusque pacientis, nec nomina Legatorum hic afferuntur, si vero initium a primo ipsius Tractatus articulo. Legati Tzarei in instrumento Svecano nominantur: Boarin (vid. supr. not. i) & Namestnik (Gubernator) Tverensis Dux Ivan Semenovitsch PROSOROFSKY (filius forsitan Ducis illius Semen PROSOROFSKY, qui inter editores Codicis Legum in nota præced. i) no-

сысoramъ *m*) и [*n*] utraque parte pacificatio,  
непримительству *o*) и не- amnestia & oblivio о-

дужь-

minatus est), Stolnik (vide infra) & Namestnik Räensis (?) Dux *Ivan Petrovitj Boratinskoy*, Stolnik & Namestnik Jelatomensis *Ivan Afanasevitj* (Afanasievits h) PRONSLEFF atque Linki *Garasin* (Gerasim?) DOCTEROW (*Doktoroff*) & *Jessin* (Jelrem?) JURJEVA (Jurjev?). Legati Regis fuere: Consiliarius Regius Regnique Sveciae, Gubernator Revaliae & Esthlandiae, &c. Liber Baro *Benedictus Horn*, Consiliarius Aulicus & Militaris, &c. Liber Baro *Gustavus Caroli Banér*, nec non Consiliarius Regius Assistentiae (Assistentz-Räd) & ad Statum Esthoniæ Secretarius, &c. *Andreas Wallwijk*. — Stolnik, Stolniki nominabantur apud Tzarsos Russiæ priscos Aulicis dignitate eximia, quibus præcipua erat cura de mensa exstruenda, unde etiam denominationem Столъникъ а Столъ, mensa, duxerunt. Lances catinosque aulicis inter ipsius dignitatis exercerunt & in triclinium Tzareum attulerunt. Eorum quoque fuit se in consuetudinem dare Legatorum ad Tzaurum missorum, ne tædio hi caperentur. Vid. CUIKOF *Ken der Russischen Geschichte*. Legi de hac re Всемникъ Европы non autem memorie succurrit eiusus anno aut num. Cir. etiam LOENBOM *Historiska märkvärdigheter* III Del. pag. 152 sqq.

*i)* Slavonice pro всѣмъ.

*m)* Pro съсорамъ sive съсoramъ.

*n)* Secundum hoc и per errorem scriptum putamus.

*o)* Pro непримительству.

дружьбъ *p*) и воинѣ *q*), minium dissensionum, очи-  
то до нынѣшняго вре- minis odii & discordiae,  
мѧ *r*) и дни воинъмъ ме- contentionumque omni-  
чемъ или иными какими ии, ad hoc tempus &  
нибуди *s*) недружьбами diem usque, vel gladio ho-  
межъ вихъ обоихъ вели- stili, vel alio quodam  
кихъ государсивъ и зе- inimicitarum genere in-  
мель и городовъ и вся- ter utrumque magnum  
кого *t*) чину *u*) мадей regnum, provincias, ur-  
здано и учинено, по- bes & cuiusvis conditio-  
миреъмъ и ошговори- nis homines *v*) habita-

нымъ

- 
- p*) Pro недружьбѣ. Littera ъ pro ъ & præsertim ъ pro ъ  
hoc in instrumento særissime occurrit.
- q*) Pro войнѣ. И про ый саrpe adhibitum videtur,
- r*) Pro времени.
- s*) Slav. pro нибудь; и enim apud Slavonos саrpe erat  
terminatio casu ac hodierna ъ.
- t*) Sl. pro всякаго,
- u*) Pro чина. Genitivus per ү hodie in dialecto tantum  
vulgari exprimitur.
- v*) In instrumento hujus pacis Svecano, quo cum consentit  
versio Germanica in apographo nostro occurrens, legitur:  
*emillan den fordrom Stormäktigste Höghborne Fursten och*

нымъ забвенныхъ бытиrum, ita ut nec ab utrocon-  
съ x) обѣ спороны, и que Magno Domino, nec  
впредъ y) шому всему отъ a Magnorum Dominorum  
нихъ обоихъ великихъ subditis unquam posthac  
Государей, и ихъ обоихъ in memoriam revocentur  
великихъ Государей на- aut earum vindicta per-  
слѣдниковъ и пошомъ tatur. E contrario au-  
будущихъ z) великихъ Го- tem perpetua & aeterna  
сударей подданныхъ ихъ pax, immutabilis & sim-  
не воспоменовенно и сера amicitia, bona fi-  
немспиценно бытии съ des, familiaritas & con-  
обѣ спороны вѣчно, cordia, mediatrix pace  
воиначе вшо aa). мѣсто hac aeterna, inter utrius-  
вне-

---

Herren, Herr CARL GUSTAFF medh Gudz nade . . .  
Hans Kongl. Maytt och Chronan Sverige, och den Store  
Herre Tzar och Storfurste ALEXEI MIC'AILOVITZ . . .  
Hans Tzar, Maytt och det Ryske Rijket, samt bѣgge  
dheras Store Herskaper, Lander, Stader och allehandar  
Conditions folk &c.

x) Pro съ.

y) Errores orthographicci, hoc in instrumento frequentes, scri-  
ptorem peregrinum fere produnt; впредъ quoque hoc  
loco pro впредъ Germanium illum fuisse indicare video.

z) Будущихъ.

aa) Pro въ ше,

зпередъ по сему вѣко- que Magni Domini Suc-  
вѣчному крепкому миру cessores futurosque Ma-  
межъ нихъ обоихъ вели- gnos Dominos *bb)* & и-  
кихъ Государей наслѣдъ будущихъ великихъ Госуда- trumque magnum regnum  
рей нихъ обоихъ вели- provincias, urbes & cu-  
кихъ государствъ и зе- jusvis conditionis homi-  
мель и городовъ и под- dannahy chnus ea ratione erit, ut  
даныхъ всякого чину людей ушавлену и во-  
спавлено быши вѣковъ post hanc pacis aeternae  
чному крепкому миру reconciliationem alter al-  
постоянной и прямой дружьбѣ, и добро вѣр- terius commodum optet,  
ности *i. cc)* союзу и по- *dd)* навѣ & emolumentum adju-

ки

---

*bb)* In instrumento Svecano legitur: emellan --- Hans Kongl.  
May:tt --- och Hans Tzar May:ti och deras b ggje Store  
Herrars Successorer och tillkommande Stormechtigste Her-  
rar och Koningar i Sverige, och dhe Store Herrar Tza-  
rer och Storf rstar i Ryslandh Sc.

*cc)* Pro *n.*

*dd)* Тяшинъ.

ки иерущиму *ee*) воз-  
держано быши, такимъ  
обычаемъ, чио отъ ны-  
нѣшняго вѣковѣчного  
мирного договора на обѣ  
стороны *ff*) другъ другу  
во всякихъ мѣрахъ вся-  
кого добра, хощени и  
лучшего *gg*) искаши и  
во всемъ правда чинили.

vet, alterique alter omni-  
modo recte faciat.

## II.

*hh*) Также договорено и  
укреплено есть чио --- *ii*) *stitutum est denominatio-*  
*nibus* обоихъ великихъ Го-  
сударей имянованыя *kk*) *Magni Domini in Docu-*

C и

---

*ee*) Нерушиму.

*ff*) Сторонъ.

*gg*) Лучшего *vel* лучшего.

*hh*) *Numerus Articuli hic non fuit allatus.*

*ii*) *Signa in Manuscripto occurunt, quæ interpretari im-  
possibile mihi sane est. Vocabulo tamen nullo carere  
videtur locus iste.*

и пиши писали на обе mentis publicis aliisque  
стороны въихъ обоихъ litteris, pro dignitate &  
великихъ Государей гра- honore utriuscunque, si-  
мощахъ i всякихъ пи- ne diminutione ulla, ab  
смахъ, по ихъ обоихъ utraque parte scribendos  
великихъ Государей до- esse, quemadmodum Ma-  
сполненшу и чесни, какъ gnis Dominus uterque  
они обой великие Госу- ipse sese scribit. Et si  
дари сами себя опи- quid in futurum largitu-  
сують безо всякого ума- rus sit Deus terrarum  
ленья II) а что имъ од- aut urbium uni vel al-  
ному или другому вели- teri Magno Domino, bel-  
кому Государю вземляхъ lo partum, in potestate  
и городахъ впредь Богъ erit Magnorum Domino-  
поручишъ опь ихъ ненри- rum utriusque titulum  
ятелей и шемъ оны nn) ejus (sc. occupatæ regionis  
обой высокие nn) вели- vel urbis) sine ulla dimi-  
кие

---

kk) Pro Имянованія.

ll) Pro уменія.

mm) Sl. pro оные,

nn) In Manuscripto высоки primum seriptum fuisse videtur,  
quod etiam vocabulo præcedenti оных respondet, est  
autem littera e manu recentiore adscripta, eam forsitan  
ob caussam, quod великие in plena Adjectivi forma se-  
quitur. Conferatur Rysk Språklära för Begynnare §. 128,  
No 2, pag. 164.

кие Государи могутъ nutione sibi addere; ejus  
писащись также безъ вся- modi tamen novi tituli  
кого уменья, а шемъ non erunt alterutri Ma-  
новымъ чинамъ одному gno Domino p̄aejudicio  
или другому великому vel detimento. Simili-  
Государю крличашю que modo Bojari *qq*),  
и къ прописности не бы- Vojevodærr), Præfecti, о-  
шиоры порубежныи minisque ordinis & digni-  
Бояромъ *pp*) и Воеводамъ Tzareæ Majestatis, & Du-  
и приказными и всякого ces Generales, Guberna-  
чину и доспоинства мотores, Præfecti, omnisi-  
демъ, а Королевского *ss*) que ordinis & dignitatis

C 2

вем-

*oo*) Царского Величества.

*pp*) Боярамъ.

*qq*) Vid. not. *i*).

*rr*) Præfecti militares.

*ss*) Explicanda hoc loco videtur denominationis Царь (*Tzar*)  
а Король (*Korol*) distinctio. Ambo quidem vocabula  
*Regum* significant. eo tamen modo, ut Царь maior  
habeatur quam Король. Denominatio Царь unde ori-  
ginem ducat perquam difficile jam est dictu. Credide-  
runt nonnulli denominationem hancce a nomine *Cæsar*  
ortam ..., quod quidem Russi hodie modo Germano-  
rum Цесарь pronuntiant. Inepta tamen haec opinio est

Величестия стороны, Ге- homines a parte Sac. Re-  
ромъ

---

habenda, in primis cum ab antiquitatum peritis testatum sit, Romanos eodem fere modo *Cæsar* pronuntiasse, ac apud Græcos nomen *Καῖσαρ* audiebat. (Cfr. e. gr. I. J. G. SCHELLERS *Sammantdrag af Latinska Språktäran, öfver* af P. A. WALLMARK, Stockh. 1803, pag. 4.) Alii radicem nominis Царь in lingua genti eidam Asiaticæ vel Schythicæ vernacula detectam autumarunt, quæ quidem opinio, quamvis incerta, veri similitudine tamen non caret (cfr. CHILKOF *Kern der Russischen Geschichte* nos non GANANDER *Mythologia Fennica Artie. Saaris*, pag. 23). Occurrit vocabulum Царь in antiquissimis jam Linguae Slavonice monumentis, sicutque primo de Regibus priscarum gentium, de Cæsaribus Constantiopolitanis (unde etiam Constantinopolis, Slavonice Царьградъ, i. e. *Cæsarea Urbs*, vel potius *Urbs Regina* nominatur), imo de Deo usurpatum; e. gr. Царь Давидъ *Rex David*, Царь Македонский *Rex Macedoniae* Царь Феодосий *Cæsar Theodosius*, Царь Царей *Rex Regum*. Monarchæ denique Russie post JOHANNEM BASILI-DEM II titulo Царь nominari voluerunt. — Vocabulum Король recentius est, originis quoque incertæ (crediderunt nonnulli a nomine *Carolus*). Signitatis minoris habetar quam Царь & de Monarchis regnorum recentiorum Europæ occidentalis obvenit, e. gr. Король Шведский *Rex Sueciae*, Король Англицкий *Rex angliae*. In genere dicendi sublimiore, ubi vel de Imperatore Russiæ, vel de Monarcha generatim fit mentio, vocabulo Царь uti licet, de Regibus autem aliarum gentium Король dicendum est. — Reges quoque in chartis lusoriis exhibiti Король dicuntur.

иераломъ и Губернаторъ и Комеданиомъ *ii)* гиæ Majestatis *tt*), jussu ac mandato Magni Domini sui titulos ambonum Magnorum Dominorum pro dignitate & honore cuiusvis, sine ulla diminutione, in omnibus litteris adhibebunt. Qui autem Magnorum Dominorum titulos maiores, quales revera sint, ignorant, minores titulos, ut in articulo pri-  
мисмахъ писали по ихъ обоихъ великихъ Государей имянова-  
ния и пишли во всякихъ до-  
писахъ великихъ Государей (достоин-  
ству) и чески безо вся-  
кого уменьшения. А ко-  
ро-  
ные монограммы обоихъ вели-  
кихъ

КИХЪ

*ii)* In documento Svecano, nec non in versione Germanica monumento nostro adjecta, Rex Sveciæ prior nominatus occurrit.

*iii)* Комендантамъ.

*vv)* Affertur tamen, ut ipse videat Lector, in Articulo hujus instrumenti primo titulorum nullus. In Documento Svecano titulus Tzareus major ita allatus legitur: *Den af Guðz nådhe Store Herrre Tzar och Storfurste ALEXEI MICHAJLOVITZ öfver alt Store, Mindre och Hvijt-Rysslandh, Sanodrætsz (Autocrator) til Muskov, Kijoff, Wladimer, Nougorodt, Tzar til Kasan. Tzar til Astrakan, Tzar til Siberien, Herre till Pleskov, Storfur-*

кихъ Государей большиe scribent. Et ubi Sac. пышлы не подлив[у?]не Tzareæ Majestati, aut вѣдають, и шемъ вли- Sac. Regie Majestati sint сиехъ своихъ і го вся- кихъ писмахъ ихъ обо- ихъ великихъ Государей vel Legationes mittendæ имянованныя пышлы пи- vel aliaæ res cum aliis савши на коропкихъ пышлахъ во всемъ по Dominis sive Regnis fi- шому какъ написано въ- nitimis xx) agendæ, & ше

---

ste til Littoven och Smotenskov, Tver, Volinien, Podalien, Jugorien, Permsch, Viatsh, Bulgarien och andre, Herre och Storfurste till Nougården i dhe nedrige Ländere (Нижній Новгородъ с. Новгородъ низовскихъ земель) Tzernigoff, Risan, Polotsk, Kosioff, Jerosiav, Bielosor, Udotien, Obdorien, Condinien, Vitepsk, Mstislavien och hele Nerre sjydones Pâjudare, och Herre till Iverski Land, Cartalinski och Grusinski, Tzarers och Cabardinski landz, Tzerkasers och Gorski Furstars, sampt månge andre Herskapers och Landshapers i Öster, Väster och Norr, Fädernes och Förfäderne eftersölliare, een Herre och Obladatel (Regnator). Titulusque Tzareus minor in Articulo hujus Tractatus primo ita afferatur: Den store Herre Tzar och Storfurste ALEXEI MI- CHAILOVITZ öfver alt Store, Mindre och Huijt-Rysslandh Samedersetz, sampt månge andre Herskapers och Landshapers i Öster, Väster och Norr, Fädernes och Förfäderne eftersölliare och Storfurstendöme Littoven een Herre och Obladatel.

xx) In documento Svecano legitur: Andre Christelige Herrar och Herskaper.